



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Thomas à Villa N o v a. 18. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

s monit consideremus esse complures nobis infeliores.
 lecto: Tot pauperes in xenodochiis, tot ægroti in lectis suis,
 ores, u tot captivi apud Barbaros multò duriora patiuntur.
 cere jam Longè etiam majora sunt tormenta animarum quæ
 enerunt purgatoriis aut æternis ignibus cremantur: hos signes
 tros Ge cum meruerimus peccatis nostris, pœnitentiæ nomi-
 ne hunc mœrorem pacatè feramus.

3. perpende tristitiam Christi Jesu, quâ tantum
 non in horto mortuus est. Vide quid pro te in cruce
 passus sit, & dic cum Jesu: Pater sicut voluntas tua,
 calicem passionis bibam toto vitæ tempore, si ita pla-
 citum sit ante te. Denique cùm Christus ipse & san-
 ctæ omnes opprobriis & mœroribus saturati fuerint,
 nequicquam speremus nos fore perpetuò felices.
Timenda sunt Christianis presentis seculi gaudia & optanda
pro devotione mætitia. Chrys.

S. THOMAS à VILLA N O V A.

18. Septembris.

*Estote misericordes, sicut & pater
 uester misericors est. Luc. 6.*

Fducatio quid efficiat, ingens in paupe-
 res misericordia THOMÆ convincit.
 Haec hanc à parentibus, qui, ut ipsi libera-
 les parvulo obtrusere nummos, unde ditaret
 pauperes, & laudabant, cùm sine pallio & pi-
 leo,

leo, imò, vestito paupere, cùm nudum
currere filium domum videre. Aucta hæc san-
cta est prodigalitas, cùm religioso S. Augu-
stini Ordine, in quo persanctè vixerat, ex-
tractus, & invitus infulâ coronatus est. Va-
lentiæ enim Episcopus, beneficii proventu
omnes pauperum fecit, &, ut plus dare po-
set per eleemosynam, vacuata horrea min-
culo replevit Deus: ita abundantibus suo be-
neficio egentium compluribus, lætabatur
scilicet, cùm in extremo morbo, ita, omni-
bus expensis, nudatus est, ut in alieno lectulo
(nam quo jacebat commodato utebatur) mo-
raretur, suo dudum pauperibus donato. At nō
pauperū patri, cùm in morte deficeret omnia,
post mortem præco virtutis deesset, puer
mortuus ad ejus tumulum revixit, præq[ue]
omni eloquentia fuere pauperum lamenta.
Ipse nunc dives Gloriâ, ridet scilicet tenaces
divites qui vestiti hic duplicitibus, nudi coram
judice cogentur erubescere. *Brev.*

MEDITATIO.

De Misericordia divina.

Bonus est Deus, imo ipsamet bonitas, & ideo
cuilibet mitem ac misericordem se præbet. Hac
in re imitare Deum: cuiq[ue] benignè, fac sed diviniam mo-
ris causâ, si enim liberalitate & beneficentia laudem
huma-

190) 193 (090)

humanam queras, paratam tibi à Deo mercedem non accipies. Domine! ut aliquatenus misericordiam tuam imiter, pro tenuitate meâ aliorum miseriis subveniam.

2. Deus misericors est adversus amicos suos, quos ab aeternitate praedestinavit; ejus beneficio illis omnia cooperantur in bonū: Et si quandoq; leviter peccant, eos à se non repellit. Imò gratiis quasi stimulis urget, ut his vinculis se se expediant. An es amicus Dei? interroga conscientiam tuam; labora ut hanc amicitiam tibi concilies: Amari à Deo nihil facilius. Vide (inquit S. Chrysostom.) si labore est, ubi velle satis est.

3. Deus non minori misericordiā complectitur peccatorcs, quos sanguine suo redemit, nullum est peccatum, quantum quantum sit, quod ipsis non sit condonaturus, modo pœnitentiam agant expēctat, urget, gratiis prævenit. Amantissime Deus! quanta est tua misericordia! hanc autem noli contemnere Dei misericordiam, si non vis sentire justitiam. Bern.

JANVARIVS Cum SOC. MARTYRIBVS.

19. Septembris.

Nescio vos unde sitis, discedite à
me omnes operarii iniquitatis.
Ibi erit fletus & stridor dentium.
Luc. cap. 13.

N

Vidit